



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Diuersa mulorum genera vt produci possint. Cap. IX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

quasi ex ea natus alitur, cui deinde, quum decem diebus insuevit equa, semper postea destinanti præbet vbe-  
ra, sic amplior, & ad omnia melior eudet.

*Diuersa mulorum genera ut produci possint.*

C A P. I X.

**M**ISTIONES asinorum, equorumque & aliorum  
docebimus, quæ & si omnibus no[n]e, alia addemus fortasse lectoribus non ingrata futura. Elianus ex Democrito, dicit mulas non esse naturæ opus, sed humana[m] machinationis adulterium inuictum, & furtum, quod fecit asinus Medus, vim equæ inferens, & fortuitò grauidam reddens: homines postea huius violentiæ discipulos factos, in procreandi consuetudinem adduxisse. Apud Venetos Paplagoniæ urbem mulorum genus primum excogitatum esse, & inuentum ex Homeri Scholia habetur. Genesios legimus in libris, quod Ana sacer Esau, dum pascitur asinos patris sui in deserto, inuenit mulos. Sed

*Mulus ex equa fit & asino.*

Muli non suopte genere ab radicibus, sed bigeneri, & insititij, ex Varrone: Vnde equam magni corporis, solidis ossibus parare oportet, qui non velocitatem, sed robur exquirit, sic mulum magnum & fortè progenerabit. At vero

*hinnus fit ex equo & asina.*

At asinam amplissimæ formæ, fortibus membris, sed laboris patientissimam eligere oportet, & ad fœtum non solum corporis bona, sed ingenij cōferat: nam fœtus quamvis à patre nomen traxerint, quod hinni vocentur, matri per omnia similes erūt, iubam & caudam habent similem asini, aures tamen gerunt equinas, minores quam mulus corpore, effrenes, & tarditatis indomitæ. Præstantissimæ omnium

*Mula velocias ex onagro & asina generantur.*

Nullum enim est in hoc pecore aut animo, aut forma præstantius, quam q[uod] seminabit asinus, quanquam possit huic aliquatenus comparari, quod progenerat onager.